Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



Sane cum etiam ipse multa mala suorū apertissime gemeret. atque
ostenderet quod totius ciuitatis eius testimonio probabatur
quam esset remotus a talibus factis. et quae ipsis suis dicere
soleat modesta cum quaestione proferret. Nosque commemo
naremus illud ezechielis prophetae. ubi aperte scriptum est. nec filii
culpam filio eius imputandam. ubi dictum est sicut enim anima
patris mea est ita et anima filii mea est. Anima enim quaecūq:
peccauerit. sola moriatur. Placuit omnibus. in talibus disputatio
nibus uiolenta facta malorum hominū. nobis ab inuicem obici
non debere. Remanebat ergo schismatis quaestio. Itaq: hostati
eum sumus ut etiam atq: etiam placido et pacato animo annitatur
nobiscum. ut diligenti examinatione tanta inquisitio terminū
sumat. Ubi ille benigne cum diceret. Nos solum ista quaerere.
Nolle autem nr̄os haec quaeri. ea facta pollicitatione discessimus.
ut exhiberemus ei plures collegas nr̄os. ceste uel decem. qui tanta
beniuolentia et lenitate. et tam pio studio. id quaeri uellent. quan
tum in nobis eum iam animaduertisse atq: approbare sentieba
mus. hoc etiam de suorū numero. et ipse pollicitus. Unde uos
hostor. et obtestor per dn̄i sanguinem. ut eum promissi sui commoneatis.
et nauiter instetis ut rescoepta peragatur quā prope ad finem peruenisse
iam cernitis. Quantum enim arbitror. difficile me potestis inue
nire in episcopis uestris tam utilem animum et uoluntatem. quā
in isto sene perspeximus. Postero enim die ipse ad nos uenit.
et haec iterum quaerere coepenamus. Sed quia ordinandi epi
necessitas nos inde iam iamque rapiebat. Diutius cum illo ēē.
nequiuimus. Iam enim miseramus ad maiorem caelicolarum.
quem audienamus noui apud eos baptismi institutorem institisse
et multos illos sacrilegio seduxisse. ut cum illo quantum ipsius
temporis patiebantur angustiae aliquid loqueremur.
Quem postea quam uenturum comperit. uidens nos aliud suscepisse